

Origo divinationum exponitur, 26. q. 3. in princ. cum c. seq. Ratio nominis exponitur, d. q. 3. c. 1. ¶ divini. Genera divinationum numerantur, d. c. 1. ¶ 1. Singulorum generum species in sequentibus causis proponuntur. Divinationum autem causarum, vel modi exponuntur, d. c. 1. §. fn. cum c. seq. DIVORTIUM non celebratur, licet ex utraque parte conjugum consanguinitatis impedimentum allegetur, nisi per testes fide dignos illud probetur: idque fit ad impediendam collusionem, c. super eo, de eo, qui cognov. consanguin. uxoris sue. Divortio iudicio Ecclesie celebrato non potest compelli fidelis recipere infidelem, licet conversum ad fidem, c. de illa, de divor. Post divortium dos est reddenda uxori, & possessiones dividenda sunt, c. significavit, de donat. inter vir. & uxor. Divortium non fit propter furtum, vel simile quid, sed propter infidelitatem, vel adulterium commissum, c. quæst. vit. de divor. Divortio propter hæresim facto, continere debet fidelis vivente infideli, ibid. & c. quanto, eod. tit. Divortium fieri potest ex violenta præsumptione, c. literas, de presump. Divortium sine jurisdictione Ecclesie non tenet, c. porro, de divor. & c. 1. de conversi. conjug. Divortio propter adulterium facto contrahens cum altera debet redire ad primam, c. ex literis, de divor. DOCTORIS juramentum, vel ejus, qui ad magistrerii honorem promovetur, circa expensas præstando cavetur, Clement. cum sit nimis, 2. de magistris. De magistris, & doctoribus artium liberalium ubique constitutendis, dist. 37. c. de quibusdam. Ne pro licentia docendi aliquid accipiat, d. c. 1. §. pro licentia, & c. prohibens, 2. c. quanto, 3. eod. tit. Item. Ut gratis doceant magistri, d. §. pro licentia. DOLUS scienti, & consentienti non fit, neque injuria, c. scienti, 27. de reg. jur. in 6. Dolo facit, qui petit, quod est restituendum, c. dolo 59. de reg. jur. in 6. Item qui contra jura mercatur, dolo agere præsumitur, c. qui contra, 82. de reg. jur. in 6. Dolo facere non videtur, qui jussu Judicis facit, c. quod quis, 24. d. tit. Dolus alicujus facit, ut contra eum absentem procedi possit, si de eo constet, c. cum olim, de sent. & rejud. DOMICILIUM ibi quis habere dicitur, ubi habet beneficium, c. dilectus filius, de rescript. Domicilium ubi quis habet, ibi conveniri potest, c. dilecti filii, de for. comper. DOMINIVM acquiritur, si quid capitur ex hostibus, nisi bellum sit injustum, c. sicut, 29. in princ. de jurejur. DONATIO Episcopi sine consensu capituli non valet, c. sum nos, de his, quæ fiunt a Prælat. Donatio occulta suspecta est, & ideo irritanda, c. 1. ut benefic. Eccles. sine dilar. conf. Donare potest, qui sui juris est, & rerum suarum habet administrationem, c. ceterum, de donat. Donationem potest, & debet vir mulieri facere, si viro dedit uxorem, c. nuper de donat. inter vir. & uxor. Donationes Ecclesiarum vivente Rectore non valent, nisi fiat locis religiosus ita tamen, ut Rectores eis non priventur per vitam, c. consultationibus, de donat. Donare nemo sibi ipsi potest beneficium, c. cum ad nostram, de insti. Donatio inter virum, & uxorem, quæ dantem pauperiorem, accipientem locupletiolem facit, non valet, c. ult. de dot. post divor. restitut.

Donationes Episcopi in gravamen Ecclesie factæ sine consensu Capituli revocantur per successorem, c. fraternitatem, de donat. Donatio Abbatis cum consilio Prioris, vel paucorum non tenet, aliis reclamantibus, c. ceterum, eod. tit. DOS ad uxorem, & donatio ad virum revertitur soluto matrimonio, c. fn. de don. post divor. rest. In dotem non potest dari feudum, c. nuper, eod. tit. Dos debet reddi uxori separatæ ob legitimam causam, c. 1. de don. inter vir. & uxor. secus, si ob fornicationem matrimonium solutum sit: tunc enim non redditur, c. plerunque, eod. tit. Dos etiam reddenda est post divortium ancillæ, quæ matrimonii contracti tempore libera credebatur, c. proposuit, de conjug. serv. Dos in manu viri est uxore vivente, c. per vestras de donat. inter vir. & uxor. Dos detur uxori viro exulante, vel fugiente, c. ex literis, de pignorib. Pro dote uxoris omnia viri bona tacite sunt hypothecata, ibid. Dotem uxoris, nisi æstimatam, maritus vendere non potest, c. ex parte, de conjug. Dos Ecclesie immunis esse debet ab omni servitute, c. 1. de censib. & exat. in DUBIO consuetudo loci est attendenda. Quod si varia sit consuetudo, ea potius attendenda, quæ magis rationalis est, & alii minus præjudiciaas, c. cum olim. 6. de consuetudine. Humaniolem sententiam sequi debemus, c. estote, 1. de reg. jur. c. odia restring. 15. c. in pœnis, 49. eod. tit. in 6. Contra eum, qui legem apertius dicere potuit, interpretatio facienda, c. contra eum, 57. de reg. jur. in 6. Inspicimus, quod verisimilius est, aut quod plerunque fieri solet, c. inspicimus, 45. d. tit. DUELLUM qui fecit, potest ex dispensatione in ordine prius habito ministrare, c. 1. de corp. visitat. Duellum exercens potest promoveri, si non interfecerit, c. 1. de Cleric. pugnant. in duell. Homine in duello interfecto non potest intersector ejus in ordine suscepto ministrare, c. 2. eod. tit. DUPLICIA monasteria prohibita, 18. q. 2. c. diffinimus.

E

EBRIETAS, ubi est, ibi etiam libido, & furor, 35. dist. c. venter. item, obcæcat conscientiam, & sepelit rationem, 15. q. 1. c. sane. De EBRIETATE punienda dist. 33. c. 1. c. luxuriosa, c. Ecclesie, c. venter, c. vinolentum, c. luxuriam, c. sexta. ECCLESIASTICI, & civilis status comparatio, dist. 96. c. cum ad verum, c. quis dubitet, c. duo sunt. ECCLESIA Catholica est fidelium multitudo fide, & charitate unita, 93. dist. c. legimus, circa med. 1. q. 1. c. multa, in fn. 24. q. 1. c. loquitur. Una est Ecclesia universalis, extra quam non est salus, c. 1. §. una vero de summa Trinitate, 1. q. 1. c. teneamus, 24. q. 1. c. loquitur, c. quia ex sola, c. quoniam, c. pudenda, §. etenim, c. schisma, item dist. 93. c. qui cathedram. De Ecclesiis defendendis contra Laicos, dist. 96. c. ult. & dist. 97. in princ. §. sed sicut, ex c. 1. cum c. seq. De Ecclesiis non violandis, & Violatorum poena, c. relatum, 21. §. fn. de jure patron. 17. q. 4. c. ad Episcopos, c. attendendum, c. si quis.

Pœna

Pœna eorum, qui Ecclesie pacem turbant, 24. quæst. 1. c. qui contra, d. qu. 3. c. quisquis per. non est enim subjecta Ecclesie cum suis personis, rebus, & actibus Laicorum dispositioni vel iudicio, per ec. jam proposita. & d. dist. 96. in princ. cum c. seq. nos ad fidem. cum cap. seq. cap. ubinam. c. denique. c. satis. c. in scripturis. c. si Imperator. c. nunquam. c. sicut, item dist. 97. in princ. Ecclesie res in nullius bonis sunt, nec quisquam eas tanquam proprias sibi potest vindicare, c. ratio, 3. de præbendis, 16. q. 7. c. 1. §. has vero decimas, versic. sed sint omnia communia, 23. quæst. 7. c. ad quod autem. §. si autem privatim. In res Ecclesie non succeditur jure consanguinitatis, c. 1. de præbendis, c. consultit, 15. de jure patronat. 16. q. 1. cap. in canonibus. §. generaliter, versic. similiter & ita. Ecclesiastica Laicus conferre non potest, c. dudum, 31. §. ceterum, vers. cum sacrilegiis, de decimis, c. nullius, 17. de jure patronatus, neque quid disponere vel statuere, dist. 98. in princ. cum seq. 16. q. 7. c. nullus Laicorum, c. non placuit, cap. Laicus, c. si quis, princ. quicumque. §. si ergo. Ecclesiastica Laicus non conferenda, nec committenda, d. §. Laici autem, & cap. quamvis, 17. de decimis, item dist. 89. cap. indicat. nam non nisi ab Episcopo, ejusve consensu conferenda ac possidenda sunt, 16. q. 7. cap. congregato, c. & hoc, §. fn. Res Ecclesiasticas Laicus possidere non potest, 16. qu. 7. in princ. §. Laici autem, cap. 1. in princ. cap. nullus Laicorum, & licet res sterilis vel onerosa, Ecclesie reddi debet, 10. quæst. 2. cap. hoc jus, §. sicut. De rebus Ecclesie vindicandis, 16. qu. 3. cap. 1. in fn. c. inter memoratos, §. fn. item de reb. Ecclesie alienandis, cap. si quis, 6. §. fn. vide supr. in Alienatio. Ecclesia non vacans potest concedi religiosis, c. cum venissent, de restit. spol. In una Ecclesia plures simul non instituuntur, c. quoniam de jure patron. Ecclesia ultra quatuor menses vacare non debet, cap. cum propter discordias, eod. tit. Ecclesiam sine dispensatione Papæ tenens non Presbyter pvetur, c. præterea, de stat. & qualis. Ecclesiam habens non recipiat aliud beneficium, cap. cum non ignoves, de præbend. & dignis. Ecclesie donatio sub conditione facta revocari potest, si sic collata fuerit, quod conditione cessante revocetur, cap. verum, de cond. appos. Ecclesia non consecrata immunitatem nihilominus habet, c. Ecclesia, de Eccles. Ecclesie de novo ædificari possunt populo crescente, c. ad audientiam, de Eccles. edific. Ecclesia sub annuo censu concedi potest ratione fructuum, c. querelam, ne prælat. vices suas. In Ecclesia placita seculari fieri non debent, c. cum Ecclesia, de immunitat. Eccles. Ecclesie nomine cathedralis intelligitur, cap. cum Clerici, de verbor. signific. Per Ecclesiam matricem intelligitur cathedralis, cap. venerabili, eod. tit. Ecclesia tantum judicat de manifestis, c. sicut, de simon. Ad Ecclesiam fugiens, modo in ea non deliquerit, tutus est ab omni injuria, c. inter alia, & c. fn. de immunitat. Eccles. Ecclesie subsunt Episcopo, in cujus dioecesi sitæ sunt de jure communi, cap. constitutas, de religios. dom. Ecclesias plures habere licet, quarum una ex alia pendeat, vel quæ proprios Sacerdotes habere non valet, c. eam te, de stat. & qualis. præso. Ecclesiarum effractores & incendiarii, postquam sunt denunciati, a solo Papa absolvendi sunt, cap. conquæst. de sent. excommunic. Moriens, qui testamento Ecclesie aliquid legat, id contra Tom II.

gregationi legare intelligitur, c. relar. de testam. & ult. volunt. In Ecclesiis regularibus non sint seculares Clerici, aut regulam profiteantur, aut amoveantur, c. cum causam, de elect. Ultimum & summum quod ab Ecclesia infligitur supplicium, est anathema, c. cum non ab homine, de judic. Ecclesiarum novarum constructio veteri nocere non debet, c. de his, de Eccles. edific. Ecclesia fornicatione polluta, aspersione aquæ reconcilietur, cap. significastis, de adulter. & stupr. Ecclesias reparare tenentur rectores eorum, cap. de his, de Eccles. edific. Ecclesia secularis non potest fieri regularis sine consensu dioecelani Episcopi, cap. ad audientiam, eod. tit. Ab Ecclesia sua se transferens ad aliam auctoritate propria, utraque privetur, & prima & secunda, cap. quanto, de translat. prælat. Ecclesia si possessiones suas a Laicis repetat, debet expensas in rei meliorationem factas computare & præstare, cap. 1. de in integr. restitut. Ecclesiasticum feudum non licet vendere sine consensu Episcopi, cap. que in Ecclesiarum, de constitut. Ecclesie & Prælatuæ pueris non conferantur, c. ex ratione, de etate, qualitate & ordin. præso. Sed talibus debet cura animarum committi, qui brevi ordinari possunt in Presbyteros, cap. inde eorum, & cap. præterea, eod. tit. Ecclesia debet habere chorum & Ecclesiam, cap. 1. de vit. & honest. Cleric. Ecclesia parochialis non dividatur sine Episcopo, cap. avaritiæ, de præbend. Ecclesia vivente Rectore nec dari nec recipi potest, c. qui in vivorum, de concess. præbend. Ecclesia per Episcopum, non per Presbyterum reconciliari potest, c. aqua per Episcopum, d. consecr. Eccles. vel alt. Ecclesia vacante, confirmatio non spectat ad capitulum, cap. 2. ne sede vacans. Ecclesiis suis non sunt spoliandi cæci nec leprosi, c. licet multum, de censib. Ecclesia regularis & cathedralis ultra tres menses non vacet; si vacaverit, Archiepiscopus provideat illi, cap. ne pro festu, de elect. potest. Ecclesia vacans propter dissentium Episcopi & patroni custodiatur per oconomum, cap. cum vos, de offic. jud. ord. Ecclesia non potest poenam sanguinis infligere, cap. in Archiepiscopatum, de rapt. & incend. Ecclesias in proprios usus concessas non licet regularibus intrare sine dioecelani consensu, c. pastoralis, de privileg. Ecclesia debet ab omni exactione immunis esse, c. 1. de censib. Ecclesia cathedralis quendam Professore in Theologia habeat, cap. quia nonnullis, de Magistr. Ecclesie matri debentur decimæ, cap. ex transmissa, de præscrip. Ecclesie statuta pro tempore variari possunt, cap. non debet, de consanguin. & affin. Statuta Laicorum ab Ecclesia confirmata valent, alias non, cap. Ecclesie sanctæ Mariæ de constitut. Contra Ecclesiam aliquid statuentes, ni revocaverint, excommunicantur, cap. novoris, de sent. excom. QUÆ EDENDA, VEL NON. EDI nomen actionis necessarium non est: sed factum ita exponendum, ut Judici actio constare possit, cap. dilecti. 6. de judiciis. Causa actionis edenda, d. c. 6. & c. ult. de libelli oblation. Scriptis actio edenda, cap. 1. de libelli oblatione, 5. q. 2. cap. ult. in princ. vers. & non prius. Si actio inepta est edita, reus ab instantia absolvitur, cap. examinata, 15. de judiciis. Reus actori non tenetur instrumenta edere, cap. 1. de probationibus, 4. q. 3. cap. ult. §. qui incendit.

Nisi instrumenta auctori, & reo communia sint, c. G. per-
 petuus, 12. de fide instrum.
 Non totum instrumentum edendum est, sed id tantum,
 quod ad causam pertinet, c. contingit, 5. de fide instrum.
 EFFECTU prohibito omnis ejus causa, prohibita censetur,
 c. cum quid 48. de reg. jur. in 5.
 EJECTA, dist. 38. c. vidua.
 ELECTIO debitoris, si genus debeatur, vel unum ex duo-
 bus, c. in alternativis, 75. de reg. jur. in 6.
 QUÆ ELECTIO VALEAT, NEC NON.
 Electio celebrata ab interdictis non valet, c. cum inter
 R. de elect.
 Electio prima non annullata non valet secunda electio,
 c. consideravimus, eod. tit.
 Electio simoniaca non valet, si propter hoc electoribus
 promissa fuerit pecunia, licet electus ignoret, nisi in frau-
 dem electi factum sit, c. nobis, 27. de simonia.
 Electio pendente appellatione facta non valet, c. bonæ me-
 moriæ, de elect.
 Electio Episcopo nondum sepulto facta non valet, c. bo-
 næ memoriæ, de elect.
 Electionis tempore transacto facta electio non valet, c.
 dilecto filio, de suppl. negl. Præl.
 Electio secunda valet, cum certum est primam non va-
 lere, c. bonæ memoriæ, de electionib.
 Electio suspensæ, vel a suspensis celebrata non valet, c.
 cum inter R. eod. tit.
 Electio publicato scrutinio valet, c. publicato, eod. tit.
 Electio Pontificis a Laicis facta non valet, c. sacrosancta,
 eod. tit.
 Electiones clandestinæ reprobantur, c. quia propter diver-
 sas, eod. tit.
 Electio ad præbendam per importunitatem facta non va-
 let, c. tuæ fraternitatis, de præbend. & dign.
 Electio non valet, nisi absentes vocentur, qui possunt,
 & debent electioni interesse, c. quod sicut, de elect.
 Nulla electio dissentiente capitulo facta valet, c. auditis,
 eod. tit.
 Electio, quæ nulla est, ex post facto non convalescit, c.
 auditis, eod. tit.
 Electio Episcopi in Archiepiscopum non valet, quia postu-
 lari debet Episcopus, c. gratum gerimus, de postul.
 QUI, ET QUALES CUM ELECTI, TUM ELIGENTES
 ESSE DEBEANT.
 Electio ad Episcopatum fieri debet de digno scientia,
 moribus, & ætate, & habeat tricesimum annum comple-
 tum, & sit legitimo matrimonio natus, c. 7. de election. &
 elect. post.
 Electioni de se factæ per potestatem secularem consen-
 tiens non potest eligi ad aliquam dignitatem sine dispensa-
 tione, c. quisquis electioni, eod. tit.
 Electus schismaticus, si schisma non abjuraverit, ne con-
 firmetur, c. quia diligentia, eod. tit.
 Electus non sit procurator, vel œconomus in spirituali-
 bus, vel temporalibus, c. avaritia, eod. tit. in 6.
 In electo tandem quæ requirantur singula, vide in c. cum
 his, de elect.
 QUI AD ELECTIONEM VOCANDI, ET AD QUOS
 EA SPECTAT.
 Ad electionem vocandi sunt, qui sunt in provincia,
 quia plus nocet contentus unius, quam contradictio mul-
 torum, c. coram dilecto, eod. tit. de elect. in electione tamen
 Episcopi Canonici valde remoti non sunt expectandi, c.
 euns inter universas, eod. tit.
 In electione requiritur major, & sanior pars capituli, c.
 Ecclesia, & c. congregatio, eod. tit.

Electio Abbatis ad Monachos ejusdem monasterii spectat,
 c. cum dilectus de consuet.
 Electio Imperatoris spectat ad Germaniæ Principes, sed
 examinatio, & coronatio ad Papam, c. venerabilem, de elect.
 Excommunicati ad electionem non sunt vocandi, c. illa
 quotidiana, eod. tit.
 DE ELECTIONIS FORMA, ET MODO.
 Electionis formam, & requisita necessaria vide in c. cum
 terra, & c. quia propter, de elect.
 Per aliquam de tribus his formis, Scrutinii scilicet, Com-
 promissi, & Inspirationis procedi debet ad electionem, c. 42.
 de elect.
 De electione tractanda dies est præfigendus, c. Ecclesia
 vestra, eod. tit.
 Electio debet fieri de proprio gremio, si reperitur ido-
 neus, c. cum inter, eod. tit.
 In electionibus valet consuetudo, c. cum terra, eod. tit.
 In electionem possunt omnes in unum compromittere, c.
 causam, eod. tit.
 Eligentium numerus multum excedens præfertur digno-
 ri numero, sed minori, c. dudum, eod. tit.
 Electio Papæ a duabus partibus facta valet, licet tertia
 dissentiat, c. licet de vitanda, eod. tit.
 In electione Papæ absentes Cardinales ultra decem dies
 non expectandi, c. ubi periculum, de elect. lib. 6.
 Electio Papæ fit in eo loco, ubi præcedens obiit, alias in
 proxima civitate non interdicta, ibid.
 Pro ea electione etiam Cardinales ardentur, & includuntur,
 donec quis certo sit electus, ibid.
 QUOMODO CUM ELECTIS, TUM ELECTORES, SIVE
 ELIGENTES SUO JURE PRIVENTUR.
 Electus, qui ante confirmationem administrare res Ec-
 clesiæ tentaverit, cassatur, & removetur, c. bonæ memoriæ,
 de elect. c. qualiter, eod.
 Electus multas dignitates habens, si dispensationem a
 Papa non habuerit, cassatur, c. dudum, eod. tit.
 Qui scienter, & ex proposito indignum eligunt, potesta-
 te eligendi privantur, & a beneficio per triennium suspen-
 dentur, & si a majori parte facta sit hæc electio, ad mino-
 rem deinceps devolvitur, c. cum Vinionensi, eod. tit. & c.
 gratum, de postul.
 Electus requisitus ab electoribus, si intra mensem non
 consenserit electioni, a jure electionis cadit, nisi consen-
 sus electi pendeat a superiore, qui si non concedat, ad aliam
 poterunt electi procedere electionem, c. quam sic, de elect.
 lib. 6.
 Electus si intra tres menses non petierit confirmationem
 post consensum datum, ab electione cadit, nisi legitime fue-
 rit impeditus, eod. c. in fin. eod. tit.
 Electus non potest ab electoribus removeri, nisi de novo
 improbitas aliqua in electo emergerit, c. nullis, eod. tit. in 6.
 DE ELEEMOSYNIS.
 D. VISO ELEEMOSYNARUM trimembris, dist. 45. c. &
 qui emendat. §. fin. cum c. seq. item c. duæ sunt, in princ.
 usque ad §. ex his.
 Species eleemosynæ est remittere debitum, de pen. dist.
 3. c. de quotidianis §. fin.
 De ratione dandarum eleemosynarum, 12. q. 2. c. aurum,
 cum c. seq.
 Ut libenter quisque det eleemosynas, non invitus, nec
 ob pudorem, 22. q. 6. c. jam vero. §. unde Apostolus.
 A QUIBUS ELEEMOSYNÆ ACCIPIENDÆ, VEL NON.
 Ab excommunicato Eleemosynæ non sunt accipiendæ,
 nisi qui alias sustentari non possunt, hi enim ab excommu-
 nicatis eleemosynas accipere possunt, c. cum voluntate 54.
 §. 1. de sententia excommunicationis. Deinde excipiuntur
 ii,

ii, qui non nominatim sunt excommunicati: nam & ab
 his eleemosynas accipere licet, 24. quest. 2. c. sane.
 Eleemosyna inultorum non justificat, 14. q. 5. c. scrip-
 tum.
 Penitenti datur eleemosyna, & agenda prius Penitenti-
 a, quam dentur eleemosynæ, de penitent. dist. 3. c. qui vult.
 Eleemosyna Raptoris & manifesti violatoris Ecclesiarum
 a Clericis non accipienda, c. super eo, 5. §. qui autem. vers.
 nec ejus, eleemosynam, de raptoribus.
 Viduis etiam dandæ eleemosynæ, 31. quest. 1. c. quomo-
 do. §. & ideo Apostolus.
 EX QUIBUS REBUS ELEEMOSYNA DANDA, VEL NON.
 Ex rebus turpiter quæstis eleemosynæ non sunt dandæ,
 1. quest. 1. c. non est, 14. quest. 5. in princ. cum sequenti-
 bus, usque ad c. nemo, item c. eleemosynæ. c. neque enim. c.
 denique. c. scriptum est. c. penale. §. fin. Contradicit d. quest.
 5. c. qui habetis. & c. ult.
 De eleemosynarum effectu & usu, 13. qu. 2. c. anima,
 in princ. & §. ubi illud etiam. c. tempus. §. cum sacrificia.
 Eleemosynarum quæstorum officium, c. cum ex eo, 14.
 in princ. usque ad §. ad hæc, de penitentis. Clem. 2. eod. tit.
 EMENS rapinam punitur, 14. quest. 5. c. rapinam.
 Si EMPHYTEUTA non requisito vel nolente domino jus
 suum alienaverit, eo cadit, c. ult. §. emphyteuta quoque
 vers. secus presumendo, de locato & conducto, 10. quest.
 2. c. hoc jus. §. qui rem. etiam si dominus non solvat em-
 phyteutæ meliorationes, dist. §. qui rem. vers. non repe-
 ritur, vel si emphyteuta non sit interpellatus, ut solve-
 ret, d. c. ult. in fin.
 Item si emphyteuta jus suum ex causis prædictis amisit,
 ut ad dominum res redeat, nihilominus præteriti tempo-
 ris pensiones solvere, & damnum, quo res deterior facta
 est, præstare tenetur, d. §. qui rem. vers. ut tamen solvat.
 DE EPISCOPIS.
 EPISCOPORUM origo, dist. 21. c. in novo.
 Etymologia, dist. 21. §. Episcopus, & 8. quest. 1. c. qui
 Episcopatum.
 Definitio, divisio Episcoporum & species, dist. 21. c.
 1. c. ordo vero.
 Differentia Episcoporum & Corepiscoporum, dist. 68. c.
 quamvis.
 Dignitas Episcoporum est, ut sint loco Apostolorum,
 quorum vicem in Ecclesia gerunt, dist. 21. c. in novo. §.
 ceteri. vers. ipsi quoque dist. 68. cap. ult.
 Prærogativa dignitatis ex subscriptione & voti ordine
 colligitur, dist. 17. cap. penult. §. fin. cum cap. seq. & ex
 tempore ordinationis, dist. 17. c. ult. & dist. 18. c. 1.
 Denique compositionem de jure primatiæ unus solus,
 cujus interest, potest impedire, c. ult. de majoris. & obediens.
 EPISCOPALIS SEDES.
 Majores tantum Civitates privilegio Episcopatus sunt hono-
 randæ, c. 1. de privilegiis, dist. 80. in princ. cum sequentibus.
 usque ad cap. ult. 23. qu. 4. c. sicut excellentiam. §. Concilium.
 vers. ipse vero primas, 16. q. 1. c. præcipimus, in princ. usque ad

§. sunt. & dist. 68. c. Ecclesiis. §. inter Episcopos.
 Episcopales sedes non longo intervallo a se debent dis-
 jungi, dist. 80. c. ult.
 Propter hostium impetum, & crudelitatem subditorum
 Episcopos suos trucidantium sedes Episcopalis in aliam ci-
 vitatem transfertur, 7. q. 1. c. temporis 25. q. 2. c. ult.
 Quæ civitates antea non habuerunt Episcopos, in iis nec
 postea constituendi, 16. q. 1. c. felix.
 EPISCOPORUM OFFICIUM.
 Corrigere subditos debet, & ad fidem provocare non se-
 veritate, sed blandimentis, dist. 45. c. licet. c. qui sincera. c.
 de Judæis. c. licet. c. cum beatus, in princ. Contradicit tamen
 dist. c. cum beatus. §. Salomon, cum seq. usque ad c. tria sunt.
 Cui objectioni respondet Gratianus d. dist. 45. c. duæ sunt. §.
 ex his omnibus, cum seq. usque ad c. ult. item de corrigendo po-
 pulo agitur, c. irrefragabili, 13. in princ. de officio ordinarii, dist.
 86. c. 1. c. odio. c. facientis, 23. q. 4. c. duo ista. & si in corri-
 piendo modum exceßerit, a domino, non a subditis veniam
 petere debet, dist. 86. c. quando.
 Episcopus crimen non probatum non nominatim redarguet,
 sed in genere, c. si Sacerdos, 2. de officio ordinarii. & de crimi-
 nibus inquirere, eaque punire possunt, & si opus fuerit, bra-
 chium seculare implorabunt, c. 1. d. tit. sed ne in puniendis
 delictis ad quæstum magis, quam ad leges respiciant, c. irref-
 ragabili, 13. §. fin. eod. tit. denique ne sermone incauto infir-
 morum conscientiam vulnerent, dist. 45. c. ult.
 De docendo populo, regendo, & amando, 7. q. 1. sicut vir.
 §. Episcopum, dist. 36. c. ult. & dist. 86. in princ.
 In docendo, sacram Scripturam, non Grammaticam Epi-
 scopus exponere debet, dist. 86. c. cum multa.
 Familiaritatem domesticorum immoderatam vitare debet,
 dist. 34. c. 1.
 Hospitalem Episcopum decet esse, dist. 40. in princ.
 Impatiens non fit, neque percussor, sed mansuetus, ne-
 que aliquem propriis verberet manibus, dist. 45. c. 1. cura
 c. seq. & c. Episcopum. c. cum beatus. item dist. 86. c. non liceat. 1.
 q. 7. c. si quis omnem. §. penult. item de Clerico percussore, c. 1.
 Ut infirmis & pauperibus subveniat, dist. 82. in princ. cum
 c. seq. dist. 84. in princ. cum duob. c. seq. item 8. quest. 1.
 c. Clemens.
 De mensa, suppellectile, & victu Episcopi cavetur,
 dist. 41. c. Episcopus.
 Ne subditos gravent sumptibus, & exactioribus, c. cum
 Apostolus, 6. §. prohibemus. de censibus. c. 1. de Excessibus
 Prælatorum, 10. qu. 3. c. quia cognovimus. c. cavendum. c.
 inter cetera. c. relatum. c. ult. & 16. q. 1. c. constitutum. c.
 nulli. c. predicator. item extrav. com. unica. §. secundo vero,
 de panis, charitativum tamen subsidium licitum est.
 Viduis & orphanis Ecclesiæ præsidium implorantibus Epi-
 scopus debet subvenire, dist. 87. in princ. cum sequentibus. usque
 ad c. irreligio. Restringeritur tamen hæc regula, dist. 88. c.
 Episcopum gubernationem.
 Ad Episcopum pertinet, de domibus religiosis disponere,
 c. de xenodochiis. de religiof. domib.
 Episcopus Sacerdos necessario esse debet, c. ex literis, de
 excess. Prælat.
 Episcopus non debet Clerici beneficium sine ejus con-
 sensu minuere, c. ad hæc, eod. tit.
 Episcopi semper in publico superindumentis lineis uti
 debent, nisi religiosi sint, c. Clerici officia, de vit. & honest.
 Cleric.
 Episcopus non debet sibi vindicare res Ecclesiæ, c. pro-
 hibemus, de censib. & exact.
 Episcopi duo simul in uno loco & diocesi esse non pos-
 sunt, c. quoniam in plerisque, eod. tit.
 Episcopus ad aliam dignitatem sine Papæ licentia tran-
 sire non potest, c. licet, de transtat. Episcop.
 I i i 2